

1826. Ignatius e Liberis Baronibus Szepesy

de Négyes Miseratione Divina; et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus
Transsilvaniae, Sacrae Caesareae, et Regio-Apostolicae Majestatis
Actualis Intimus Status, prout et Excelsi Regii Gubernii in Magno
Principatu Transsilvaniae Consiliarius, Commissionis Librorum

Biblioteca
ASTRA, Sibiu

Revisoriae Praeses, AA. LL. et Philosophiae,
nec non SS. Theologiae Doctor.

P.C.N.
SO
H-916

*li Clero Almac Dioecesis Transsilvanicae Satuřem,
et Divinam Benedictionem!*

Litteris nuper exaratis, nova statuta Votis Sanctae Sedis Apostolicae plene
consentanea proxime edenda pollicitus sum; ast promissi hujus explendi, et
brevissimam, et expeditissimam cerno viam, ut desiderata mutatio Statuto-
rum Diocesanorum Anno 1822. in Synodo Albae-Carolinae celebrata condito-
rum, quo ocyus nota reddatur. Sic dubiis, quibus longior exspectatio ansam
praeberet, via paecluditur, — sic quisque sciet, quam normam pro peculia-
ribus Transsilvaniae adjunctis in cura animarum, et sacris functionibus deli-
gere, ac sequi debeat? — sic molesto scribendarum supervacanearum episto-
larum labore liberantur multi, — sic etiam sumtibus parcitur.

Tribus verbis comprehenduntur omnia, quae subjunguntur; atque ideo
singulum propriae Divisioni praepositum verbum, compendii causa, ad omnia
subnexa puncta referendum erit.

Eapropter adttentionem animi postulo, ut intelligantur, quae adcura-
tissime observari cupio!

Emas

213

E m a n e n t:

E Parte I.

Sect. I.

A) Omnes paragraphi.

Sect. III.

B) §. 6. Si Parochia Albo-Carolinensis vacaverit, Beneficium, ac Officium Parochiale cum Archidiaconali semper conjunctum conferetur.

C) §. 7. Idem una Regentis Seminarii saecularis, et Praefecti Gymnasi Albensis munere fungetur.

D) §. 8. Ut primum hoc stallum vacaverit.

E) §. 11. Ejus Adjunctus, usque: habiturus.

Sect. IV.

F) Vice-Archidiaconorum, et Circulorum mentio ex omnibus paragraphis, in quibus occurrit.

G) §. 2. Quovis anno mense Majo, et Junio singulus Archi-, et Vice-Archidiaconus.

H) §. 2. Ultimae voces: Ad Synodum Dioecesanam Visitatores adferent.

I) §. 3. Integer.

K) §. 13. Occasione celebrandae Synodi.

L) §-phi: 14. 15. 16. 17.

M) §. 18. Post voces: Thorda, et Aranyos, reliqua usque finem.

N) §-phi: 19. 20. 21. 22.

O) §. 24. Ad sex.

Sect. V.

P) §-phi: 2. 3. 4.

Q) §. 5. Vel Vice-Archidiaconorum Circuli.

R) §. 6. et 11.

S) §. 17.

S) §. 17..c. Etiam si innocens, usque regressu.

T) §. 18. Aut Vice-Archidiaconi.

U) §. 20. Atque ideo, usque finem.

Sect. VI.

V) §. 1. et 2.

Sect. VII.

X) §. 1. Et ad omnes, usque: extenduntur.

Y) §. 24. Nemo ad Professionem, usque: absolverit.

Z) §. 25. Similibus Consessibus, usque: praesideant.

AA) §. 27. et 28.

Sect. VIII.

BB) §. 1. d. Vice-Rector, usque: absque documentis tamen.

Sect. IX.

CC) §. 2. Ultima linea a voce: Episcopus.

Sect. XI.

DD) Primae tres lineae usque §. 1. item §. 4.

Sect. XIV.

EE) §. 4. 5. et 7.

FF) §. 8. Hos Parochi, usque: non habebunt.

E Parte II.

Sect. I.

GG) §. 8. d. terminasse.

HH) §. 11. siquidem Ritus Processionis in Vigilia Resurrectionis, et
ad benedicendas Segetes in universa Ecclesia Ungarica vigeat.

Sect. II.

II) §. 3.

KK) §. 4. Et omnes prorsus, *usque: exponantur.*

LL) §. 6. In ara, *usque: stipent.*

MM) §. 7. Castrum, *usque: erigatur.*

NN) §. 8. Imo etiam a morosis, *usque: dabitur.*

Sect. III.

OO) §. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

PP) §. 7. n 2. Lytaniae de SS. Nomine Jesu cum Orationibus; *n 3.* Nono, et decimo, *usque: immunes sunt;* *n 5.* in aurora; *n 9.* Episcopo et.

QQ) §. 9. 10. 11. 12. 13.

Sect. IV.

RR) §. 1. a. Qui si praesentes, *usque: deligentur.*

SS) §. 4. a. Tantummodo; *b.* semper.

Sect. V.

TT) §. 4.

UU) §. 5. d. Fori.

VV) §. 13. Praecedens, *usque: semper autem.*

XX) §. 20. Benedictio Sponsorum fiat semper cum Missâ; *usque: absolvatur;* item: Ast nunquam die Domini, *usque: Sabbatho.*

Sect. IX.

YY) §. 5. c. Et a debitore contraquietantia exigatur.

Sect. X.

ZZ) §. 1. Fori.

AAA) §. 3. d. Archidiaconi, *usque: permutari possint.*

Sect. XII.

BBB) §. 1. 2. 3. 4.

Sect. XX.

CCC) §. omnes.

Substituantur:

Deletis.

Sub E. Donec pro Remuneratione Philosophiae Professorum Lyceo Episcopali Albensi sufficiens Fundatio accesserit, Juniores Clerum docebit Mathesim, Physicam, et Oeconomiam Ruralem.

Sub G. Quovis anno singulus Archidiaconus tempore, quod eidem maxime opportunum fuerit, quin se venturum significet.

Sub H. Episcopo mittent.

Sub I. Archidiaconi nullas causas ad Forum Ecclesiasticum pertinentes, qua Judices, tractabunt, nisi, et in quantum hujusmodi lites audiendae, ac investigandae ab Episcopali Consistorio Iisdem concreditae fuerint; attamen neque tunc definitivam sententiam ferent, sed causam praeparatam cum opinione ferendae sententiae ad Episcopale Consistorium remittent.

Sub O. Ad quinque.

Sub P. Quicunque pro Parochiali Beneficio Investituram consequi cupit, coram Episcopali Consistorio e Theologia Dogmatica, Morali, et Pastoralis, item e Jure Canonico Tentamen subire debet, et nonnisi adprobatione obtenta voti compos fiet; qui tamen hactenus jam Investituram meruerunt, aut in posterum memoratum pro Investitura periculum optato cum successu superaverint, aut Theologiam in Lyceo Episcopali docuerint, ad aliam stationem translati sine Examine Investitura donabuntur.

Sub S. Si reus per Episcopale Consistorium judicatus fuerit.

Sub V. In Episcopali Lyceo Albensi Philosophia duobus, Theologia quatuor annis tradetur; ordinem studiorum Episcopus praescribit. Professores Remu-

7

Remunerationem suam accipiunt: e redditibus quatuor Canonicalium Stallorum, e Fisco Episcopali, et e Fundo Religionis; ne defectum patiantur, Episcopus prospiciet.

Sub GG. Subivisse.

Sub KK. Et parietibus Templorum removeantur.

Sub OO. *Ordo Cultus Divini in Ecclesiis Parochialibus.*

a) Diebus profestis mane hora, qua plurimi ad Templum venturi sperantur, celebretur lectum Missae Sacrificium, sub quo convenientes hymni sonante, ubi adest, organo canantur.

b) In Adventu sacro solenni *Rorate* Catechesis praemittatur, de materia, quae quotannis tempestive significabitur.

c) Diebus Domini, et Festis invocato Sancti Spiritus auxilio e libro precum 1822. edito, et ad omnes Parochias misso recitentur ex ambone preces matutinae, et quidem:

Primae diei a Dominica SS. Trinitatis usque ultimam Dominicam Augusti;

Secundae diei a prima Dominica Septembris usque ultimam post Pentecosten;

Tertiae diei a prima Dominica Adventus usque ultimum Festum diem mensis Decembris;

Quartae diei a Calendis Januarii usque Dominicam Sexagesimæ;

Quintae, et sextae diei alternando a Dominica Quinquagesimæ usque Dominicam Passionis;

Septimae diei a Dominica Resurrectionis usque Dominicam sextam post Pascha.

Festis Pentecostes Quartae, et Festo Theophoriae Quintae diei.

E Parte III.

Sect. I.

DDD) Art. 1. §. 5.

EEE) Art. 1. §. 6. Foro Archidiaconali, usque: Sacerdos.

FFF) Art. 6. §. 2. Quod in Foris Archidiaconalibus crebrius evenit.

GGG) Art. 6. §. 4. In quolibet Archidiaconali, prout etiam Episcopali Foro.

HHH) Art. 8. §. 1.

III) Art. 8. §. 2. At si neutrum fieri possit.

KKK) Art. 8. §. 5. Cujus in posterum, usque: idem erit.

LLL) Art. 10. §. 1. Sive sit Consistorialis, usque: Juramento.

MMM) Art. 29. §. 5. Verum Defensor Matrimonii, usque: prolata fuerit.

NNN) Art. 33. §. 2. Hae Taxae in Foro Archidiaconali, usque: absque mutatione adprobatur.

OOO) Art. 33. §. 4.

PPP) Art. 34. Quoslibet actus Judiciarios, usque: exercere potest.

Sect. III.

QQQ) §. 1. Atque ideo Archidiaconis, usque: mittentur.

Sect. IV.

RRR) Art. 1. §. 2. Eos, qui blasphemandi consuetudinem, usque: declarant.

SSS) Art. 3. §. 2. Ejusque consensu impetrato, usque: edicant, et.

TTT) Art. 16. integer.

Ex Appendice.

UUU) In Formula matriculae Baptisatorum columnae penultimae inscriptio, demta voce: Patrini.

VVV) Missa in Natali Regis Apostolici.

Sub-

Preces sequatur pariter lingua vernacula Lectio Epistolae, et Evangelii, — dein sacer sermo, — Exhortatione populi terminata, dicantur alternando jam Psalmus 20. et Oratio pro Principe, jam actus Fidei, Spei, et Charitatis ex eodem libro precum.

Demum celebretur solenne Sacrificium, sub quo canantur hymni memorato libro inserti, et alii e Cantionali in Csík-Somlyó edito.

d) Diebus Domini, et Festis a meridie exposito Sanctissimo in monstrantia, vel Ciborio eadem serie e saepe dicto libro absolvantur preces vespertinae illi diei adsignatae, cuius matutinae ante meridiem recitatae fuerunt, praemisso, et sub juncto hymno de Venerabili Sacramento diei primae addito. Solenioribus diebus Festis poterunt etiam latinae Vesperae, sicut in Templo Cathedrali moris est, cantari ita tamen, ut preces vespertinae lingua vernacula subjungantur.

e) A prima Dominica Maji usque ultimam Dominicam Septembres dicentur Catecheses, et explicabuntur Quaestiones quotannis mense Januario mittendae, aut concinnando Catecismo praescribendae.

f) In natali Augustissimi Principis, pro quo semper, dum Ritus admittit, quivis celebrans Sacerdos Orationem dicere obligatur, hymnus *Te Deum laudamus* canetur, solenne Sacrificium offeretur, et preces pro longaeva incolumentate Principis supra memoratae devote absolventur.

g) Ultima die anni a meridie exposito Venerabili Sacramento recitentur preces vespertinae *septimae diei*, et hymno *Te Deum laudamus* cum Oratione Divinae Bonitati solennes Gratiae agantur.

h) In precibus matutinis, et vespertinis praescriptis, nonnullas voces, quae ad diem hebdomadae referuntur, omittendas suapte intelligitur.

i) Solenni die Pentecostes finito sacro sermone, populus praevie monendus, stans eliciat Professionem Fidei Institutioni Confirmandorum anno 1820. vulgatae insertam.

k) Quod

k) Quod Sacras Processiones adtinet: Haec Sabbatho Sancto ubique hora sexta inchoetur; — ad benedicendas Segetes die Domini Festum S. Marci sequente instituatur; — Rogationum, ubi sufficiens Populus profestis diebus non confluit, die Domini praecedente Festum Ascensionis Domini absolvatur; — Theophorica, maxima quantum fieri potest, solennitate celebretur, in illis tamen Parochiis, in quibus pauci numerantur Catholici, aut die Domini infra Octavam instituatur, aut Sacer Curio cum Populo suo praelatis vexillis devote canendo absque Venerabili Sacramento ad vicinam Parochiam transeat, illius Parochiae Populo se adjungat, et quemadmodum venit, terminato divino cultu revertatur; — sacer sermo, nisi loci angustiae prohiberent, in Templo dicatur, et sine ulla acerbitate Doctrina Fidei cum destinatione morali fervide proponatur; — si Populus ad diem Patrocinii ritu Processionis vicinas, aut remotas etiam Parochiales Ecclesias visitare cupit, a sacro Curione doceatur, qua ratione utilter hujusmodi peregrinatio peragi possit, ipse tamen sacer Curio nunquam unice nonnullis placendi studio propriam Parochiam deserat, quod prae-primis diebus Domini, et Festis religiosissime erit observandum.

l) Mulieres cum viris sub cultu divino eadem scamna non occupent, verum viri a dextris, mulieres a sinistris sedeant, aut si plures sint scannorum divisiones, viri primam, mulieres alteram divisionem teneant; proles pari ratione ante Sanctuarium divisae stent, aut flectant.

m) Ubi invaluit mos marsupii sub Sacris circumferendi, usque Offertorium pecuniae collectio finiatur.

n) Diebus Domini, et Festis mane hora 9. vel 10. — a meridie hora 3. inchoentur Sacra semper tribus pulsibus praemissis.

o) Sicubi seu festis, seu profestis diebus peculiaria pietatis exercitia praeter ea, quae recensita sunt, hactenus frequentata fuissent, in posterum quoque non intermittentur.

Sub PP. nro 2. Pro Parochialibus Ecclesiis preces cum.

— — *nro 5. Nocte.*

Sub UU. Officii.

Sub ZZ. Officii.

Sub III. Quoties commode fieri potuerit, in conspectu Consistorii per-
agetur examen Testium.

Sub KKK. At si id fieri nequeat.

Sub PPP. Quilibet actus judicarii exerceri possunt.

Ä d d a n t u r :

In Praefatione

Post verbum: *satisfaceret*; quamquam etiam Summi Ecclesiae Pontifices, qui-
 bus in Persona B. Petri praeprimis a Christo Domino injunctum est, *Pasce
 agnos meos, Pasce oves meas*, Religionis, et Sapientiae plenas multas Constitu-
 tiones ediderint.

Ad P. I. Sect. IV. §. 25.

Archidiaconi Birreto, et Cingulo violacei coloris utantur, et ab Officio Dio-
 cesano Titulo: *Reverendissimi* honorabuntur. Vice Archidiaconis, qui hodie
 complures numerantur, promotis, aut defunctis, alii in posterum, quum in
 nullo Districtu magnus sit numerus Parochiarum, non sufficientur; nunc
 Eorum opera, dum adjuncta postulaverint, Archidiaconi utantur.

Ad P. I. Sect. V. §. 31.

Post voces: *Animae Catholicae* — bis.

Ad

Ad P. II. Sect. III. §. 7. nro 4.

Post verba: *usque Festi diei Completorium* — exclusive propter preces vernacula lingua Vesperis jungendas privatim recitandum.

Item nro 6. post voces: diebus Domini in Quadragesima, — die Cinerum.

Ad P. II. Sect. IV.

§. 7.

Ad sacras functiones peragendas Libro Rituali Metropolitanarum Ungariae Ecclesiarum, velut Romano haud adversante, uti integrum quidem est; quia tamen Dioecesis Transsilvana ad Provinciam Colocensem pertinet, hujus Metropolitanae Ecclesiae Ritualem Librum, cui etiam utiles adhortationes occasione administrationis Sacramentorum dicendae insertae sunt, [quivis animarum Curator sumtu Parochialis Templi comparare conetur, et diligenter sequatur.

Ad P. II. Sect. XII. §. 5.

Post voces: *Quemadmodum stolarem proventum*, — qui anno 1819. viguit, aut ab eo tempore consentiente Populo receptus, et stabilitus est.

His additis partim, partim demitis Statuta Dioecesana anno 1822. publicata, novam faciem induunt, atque sic, quasi nunc nova edita fuissent, iterum singulorum hujus Almae Dioecesis Sacerdotum, et Clericorum amussis erunt, — quod Iis deesse videtur, frequens adtentata Lectio Sacrorum Canonum, ac praeprimis Decretorum Concilii Tridentini suppleat, — sollicitudinem hanc, quae reditum in Dioecesim praestolari non sivit, zelo muneris, quod mihi creditum est, adscribi opto.

Nos autem Fratres (*1. ad Thess. c. 2. v. 17.*) desolati a Vobis ad tempus horae, — aspectu, non corde, abundantius festinavimus faciem vestram videre cum multo desiderio. Testis enim (*ad Romanos c. 1. v. 9. 10.*) mihi est Deus, quod sine intermissione memoriam vestri facio, semper in Orationibus

meis

meis obsecrans, si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in Voluntate Dei veniendi ad Vos. Non enim (2. ad Corinth. 12. v. 14. 15.) quaero, quae vestra sunt, sed Vos; ego autem libentissime impendam, et superimpendar ipse pro animabus vestris, licet plus Vos diligens, minus diligar. Obsecro ergo (ad Romanos 15. v. 30. 32. 33.) Vos Fratres, per Dominum nostrum Jesum Christum, et per Charitatem Sancti Spiritus, ut adjuvetis me in Orationibus vestris pro me ad Deum, ut veniam ad Vos in gaudio per Voluntatem Dei, ut refrigereret Vobiscum, Deus autem Pacis sit cum omnibus vobis Amen. Posonii in Comitiis Regni Ungariae pridie Calendas Martii. Anno Christi 1826.

P. Ignatius



Posonii,
Typis S. Ludovici Weber.

S. Ignatius Cibiniensi